Ofati mariti sui tenebit habebit possidebit illisq fruetur ad extrema Vitæ sua tempora et post mortem eius bona eadem Omnia in successores mariti sui sine Ulla contradictione successorum consortis Ofatæ tendui debent. Simili etiam modo quod si prius Ofatam Nobilem Helizabetham Zalenska quam maritum eius Nobilem Georgium Dlonowski mori contigerit extunc idem Maritus bona Omnia et singula consortis suæ tenebit habebit possidebit illisq ad extrema durantaxat Vitæ sua tempora Usufruetur Post mortem vero suprascripti mariti sui bona Omnia suprascriptæ coniugis suæ in successores eiusdem sine Ulla contradictione et quovis impedimento successorum mariti sui devolventur et devolvi debent.

Domanowski Idzkowską Reformat

Coram officio et Actis præsentibus Castren Capitan Bransceń personaliter comparens Nobilis Albertus olim Abrahamis Domanowski in Domanowo sibi his Sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit. Quia Nobili Dorotheæ Idzkowska filiæ Nobilis Alberti Idzkowski consorti suæ futuræ sibi in matrimonium desponsatæ Quie vero dotis post eam acceptæ et in bona sua importatæ in medietate Omnium et singulorum bonorum suorum mobilium et immobilium Quæ habitis et in post favente divina clementia habendorum et acquirendorum Omnis loci sitis paternorum maternorum haereditariorum et obligatoriorum dotalicy vero Ducentorum Quinquaginta florenorum polonicorum Addotaly vero aliam summam Quinquaginta florenorum præsentibus inscribit reformat assecurat dotaliciat addotaliciatq more aliorum Dotaliciorum hoc in Regno Poloniæ observari solitorum.

Inter G. Łyczko et Oborskich Approbatio.

Coram officio et Actis præsentibus Castren Capitan Bransceń personaliter comparentes Generosus Nicolaus Łyczko de Klien et Kalinowiec ab una Et Generosus Jannusius a Oborzy Oborski tanquam tutor successorum olim Generosi Hieronimi Oborski atq Generosi Albertus Adalbertus per se Jacobus vero annos Octodecem et Martinus adhuc inhabilis fily olim Generosi Hieronimi Oborski adulterius quidem per se iuniores vero cum memorati Generosi Janusy Oborski patrui sui et tutoris legitimi personali assistentia et Consensu præsentaneo Sani mente et corpore existentes palam liberoq ac sponte propria recognoverunt et quilibet eorum suo interesse recognovit.